velut ſeruus iuxta domini, ſinguláque iuxta conuenientem ſuum principatum. Quandoquidem & homo ex imperante, ſubditóque conſtituitur, ac vnumquodque neceſſum habet ad principis ſui mores accommodare. Is autem duplex eſt: aliter enim medicina, aliter ſanitas imperat, & huic illa deſtinatur. Sic & in contemplatiuis principatus habet. Neq. enim iubendo Deus imperat, ſed cuius gratia prudentia eſt. Quod verò alicuius gratia iubet, in aliis determinatum eſt, quoniam ille nullo eget. Quæ igitur electio poſſeſſióque naturâ bonorum vel corporis, vel amicorum, vel reliquorum, conſiderare maximè Deum facit, præſtantiſſima eſt, atque hic terminus eſt pulcherrimus. Quæ verò vel ob defectum, vel ob exceſſum conſiderare, coletéque Deum permittit minimè, ea eſt peſſima. Atque ſic quidem res habet animæ, & hic terminus eius pręſtantiſſimus eſt, minimum, inquam, alteram, irrationalémque animæ partem ſentire, quatenus talis eſt. Qui igitur terminus, & quæ meta virtutum ſit, & quis ſimpliciter bonorum omnium, quæque nos poſſidemus, ſcopus, hunc in modum ſit dictum.

A οἷον δοῦλον, πρὸς δεσπότου, καὶ ἕκαστον πρὸς ἑκάστου καθήκουσαν ἀρχήν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄνθρωπος φύσει συνέστηκεν ἐξ ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου, καὶ ἕκαστον δὴ δέοι πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν ζῆν. αὕτη δὲ διττή. ἄλλως γὰρ ἡ ἰατρική, καὶ ἄλλως ἡ ὑγίεια. ταύτης δὲ ἕνεκα ἐκείνη. οὕτω δὲ ἔχει κατὰ τὸ θεωρητικόν. οὐ γὰρ ἐπιτακτικῶς ἄρχων ὁ θεός, ἀλλ' οὗ ἕνεκα ἡ B φρόνησις. ἐπιτάττον δὲ τὸ οὗ ἕνεκα· διώρισται δ' ἐν ἄλλοις, ἐπεὶ κεῖνός γε οὐθενὸς δεῖται. ἥτις οὖν αἵρεσις καὶ κτῆσις τῶν φύσει ἀγαθῶν ποιήσει τὴν τοῦ θεοῦ μάλιστα θεωρίαν, ἢ σώματος, ἢ χρημάτων, ἢ φίλων, ἢ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, αὕτη ἀρίστη, καὶ οὗτος ὁ ὅρος κάλλιστος. εἴ τις δ' ἢ δι' ἔνδειαν, ἢ δι' ὑπερβολὴν κωλύει τὸν θεὸν θεραπεύειν καὶ θεωρεῖν, αὕτη C δὲ φαύλη. ἔχει δὲ τοῦτο τῇ ψυχῇ, καὶ οὗτος τῆς ψυχῆς ὁ ὅρος ἄριστος, τὸ ἥκιστα αἰσθάνεσθαι τοῦ ἄλλου μέρους τῆς ψυχῆς, ᾗ τοιοῦτον. τίς μὲν οὖν ὅρος τῆς καλοκαγαθίας, καὶ τίς ὁ σκοπὸς τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν, ἔστω εἰρημένον.

ARISTOTELIS de Virtutibus & vitiis.

Simone Grynæo interprete.

QVEMADMODVM vehere laudibus quæ pulchra ſunt, ſic quæ ſunt turpia, conuiciis proſcindere, par eſt. Sed inter pulchra quidem virtutes, inter turpia verò vitia primatum tenent. Laudari verò non ipſa modò virtus, ſed cauſæ quoque, & comites, fructúſque, & opus omne virtutis, vt contrà reprehendi cõtraria debent. Cùm autem animæ partes, qualiter opinatur Plato, tres ſint: qua de agendis, omittendíſque diſpicitur, prudentia: qua ſuſtinentur infeſta, manſuetudo ac robur: qua adſciſcendis idoneis cupiditas regitur, ſobrietas, ac continentia: communéſque partium omnium harum, iuſtitia, liberalitas, ac magnanimitas: totidem rerum earundem oppoſita vitia, in diſpiciendo recto ſtultitiam, in arcendo infeſto ferociam, & ignauiam, in adſciſcendo idoneo proteruitatem, ac incontinentiam, communéſque partium earum omnium iniuſtitiam, & illiberalitatem, animíque paruitatem eſſe oportet.

D ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν.

Ἐπαινετὰ μέν ἐστι τὰ καλά, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά. καὶ τῶν μὲν καλῶν ἡγοῦνται αἱ ἀρεταί, τῶν δ' αἰσχρῶν, αἱ κακίαι. ἐπαινετὰ δὲ ἐστὶ E καὶ τὰ αἴτια τῶν ἀρετῶν, καὶ τὰ παρεπόμενα ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν. ψεκτὰ δὲ τὰ ἐναντία. τριμεροῦς δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα, τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἀρετή ἐστιν ἡ φρόνησις· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς, ἥ τε πραότης, καὶ ἡ ἀνδρεία· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ, ἥ τε σωφροσύνη, καὶ ἡ ἐγκράτεια· ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς, ἥ τε δικαιο-F σύνη, καὶ ἡ ἐλευθεριότης, καὶ ἡ μεγαλοψυχία. κακία δέ ἐστι, τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἡ ἀφροσύνη· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἥ τε ὀργιλότης, καὶ ἡ δειλία· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ, ἥ τε ἀκολασία, καὶ ἡ ἀκράτεια· ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς, ἥ τε ἀδικία, καὶ ἀνελευθεριότης, καὶ μικροψυχία.